



Esta obra forma parte del acervo de la Biblioteca Jurídica Virtual del Instituto de Investigaciones Jurídicas de la UNAM

www.juridicas.unam.mx

COMMENTARIOLVM PETITIONIS

QVINTVS MARCO FRATRI S. D.

I. 1 Etsi tibi omnia suppetunt ea quae consequi ingenio aut usu homines aut diligentia possunt, tamen amore nostro non sum alienum arbitratus ad te perscribere ea quae mihi veniebant in mentem dies ac noctes de petitione tua cogitanti, non ut aliquid ex his novi addisceres, sed ut ea quae in re dispersa atque infinita viderentur esse ratione et distributione sub uno aspectu ponerentur. Quamquam plurimum natura valet, tamen videtur in paucorum mensum negotio posse simulatio naturam vincere.

2 Civitas quae sit cogita, quid petas, qui sis. Prope cottidie tibi hoc ad forum descendenti meditandum est: “Novus sum, consulatum peto, Roma est”.

Nominis novitatem dicendi gloria maxime sublevabis. Semper ea res plurimum dignitatis habuit; non potest qui dignus habetur patronus consularium indignus consulatu putari. Quam ob rem quoniam ab hac laude proficisceris et quicquid es ex hoc es, ita paratus ad dicendum venito quasi in singulis causis iudicium de omni ingenio futurum sit.

3 Eius facultatis adiumenta, quae tibi scio esse seposita, ut parata ac prompta sint cura, et saepe quae de Demosthenis studio et exercitatione scripsit Demetrius recordare. Deinde fac ut

COMENTARILLO DE LA PETICIÓN

QUINTO DESEA SALUD A SU HERMANO MARCO

I. 1 Aunque para ti abunda todo eso que los hombres pueden conseguir por ingenio o práctica o diligencia, sin embargo juzgué no ajeno de nuestro amor escribirte lo que me venía a la mente, a mí que los días y las noches pensaba acerca de tu petición, no para que de esto aprendieras algo nuevo, sino para que eso que en realidad parece disperso e indefinido, se pusiera con razón y distribución bajo una sola mirada. Aun si la naturaleza vale mucho, sin embargo parece que en negocio de pocos meses puede la simulación vencer a la naturaleza.

2 Piensa qué sea la ciudad, qué pidas, qué seas. Casi cotidianamente esto ha de ser meditado por ti cuando descendas al foro: “Soy nuevo, pido el consulado, es Roma”. La condición de nuevo de tu nombre máximamente la levantarás por la gloria del decir. Siempre esta cosa tuvo mucho de dignidad; no puede, quien es tenido como digno abogado de los consulares, ser considerado indigno del consulado. Por lo cual, ya que partes de esta laude, y lo que eres por esto lo eres, así ven preparado para decir como si en cada causa fuera a haber juicio acerca de todo tu ingenio.

3 Las ayudas de esta facultad, que sé que te han sido reservadas, procura que estén preparadas y prontas, y a menudo recuerda lo que Demetrio escribió acerca de la afición y ejercitación de Demóstenes. Luego haz que la multitud y las

amicorum et multitudo et genera appareant; habes enim ea quae non multi homines novi habuerunt: omnis publicanos, totum fere equestrem ordinem, multa propria municipia, multos abs te defensos homines cuiusque ordinis, aliquot collegia, praeterea studio dicendi conciliatos plurimos adulescentulos, cottidianam amicorum adsiduitatem et frequentiam.

4 Haec cura ut teneas commonendo et rogando et omni ratione efficiendo ut intellegant qui debent tua causa, referendae gratiae, qui volunt, obligandi tui tempus sibi aliud nullum fore. Etiam hoc multum videtur adiuvere posse novum hominem, hominum nobilium voluntas et maxime consularium; prodest, quorum in locum ac numerum pervenire velis, ab iis ipsis illo loco ac numero dignum putari.

5 Ii rogandi omnes sunt diligenter et ad eos adlegandum est persuadendumque est iis nos semper cum optimatibus de re publica sensisse, minime popularis fuisse; si quid locuti populariter videamur, id nos eo consilio fecisse ut nobis Cn. Pompeium adiungeremus, ut eum qui plurimum posset aut amicum in nostra petitione haberemus aut certe non adversarium.

6 Praeterea adulescentis nobilis elabora ut habeas, vel ut teneas studiosos quos habes; multum dignitatis adferent. Plurimos habes; perfice ut sciant quantum in iis putes esse. Si adduxeris ut ii qui non nolunt cupiant, plurimum proderunt.

II. 7 Ac multum etiam novitatem tuam adjuvat quod eius modi nobiles tecum petunt ut nemo sit qui audeat dicere plus

familias de amigos aparezcan, pues tienes eso que no muchos hombres nuevos tuvieron: a todos los publicanos, a casi entero el orden ecuestre, a muchos municipios propios, a muchos hombres de cada orden defendidos por ti, a algunos colegios, además a muchísimos jovencitos conciliados con la afición al decir, la cotidiana asiduidad y la frecuencia de los amigos.

4 Procura retener estas cosas amonestando y rogando y actuando con toda razón, para que entiendan, quienes te deben por tu causa, que ningún otro tiempo tendrán ellos de darte las gracias; ni de obligarse hacia ti, quienes quieren. También parece que esto puede ayudar mucho al hombre nuevo: la voluntad de los hombres nobles y máxime la de los consulares. Es de provecho que esos mismos a cuyo lugar y número quieras llegar piensen que eres digno de aquel lugar y número.

5 Todos esos han de ser rogados diligentemente, y a éstos han de enviarse legados, y hay que persuadirlos de que nosotros siempre hemos estado de acuerdo con los optimates respecto de la república, de que de ningún modo hemos sido populares; de que si pareciéramos algo haber hablado popularmente, eso nosotros lo hicimos por el consejo de juntarnos a Pompeyo, para que a este que muchísimo podía lo tuviéramos como amigo en nuestra petición, o, ciertamente, no como adversario.

6 Además, labora para que tengas jovencitos nobles, o para que retengas a los aficionados que tienes; mucho de dignidad traen. Tienes muchísimos; haz que sepan cuánto piensas que en ellos hay. Si llegas a que te codicien esos que no te quieren, te serán de mucho provecho.

II. 7 Y mucho también a tu condición de nuevo ayuda el que los nobles piden contigo, de tal modo que nadie hay que

illis nobilitatem quam tibi virtutem prodesse oportere. Nam P. Galbam et L. Cassium summo loco natos quis est qui petere consulatum putet? Vides igitur amplissimis ex familiis homines, quod sine nervis sint, tibi paris non esse.

8 At Antonius et Catilina molesti sunt. Immo homini navo, industrio, innocenti, diserto, gratioso apud eos qui res iudicant, optandi competitores, ambo a pueritia sicarii, ambo libidinosi, ambo egentes. Eorum alterius bona proscripta vidimus, vocem denique audivimus iurantis se Romae iudicio aequo cum homine Graeco certare non posse, ex senatu eiectum scimus optimorum censorum existimatione, in praetura competitorem habuimus amico Sabidio et Panthera, cum ad tabulam quos poneret non haberet (quo iam in magistratu amicam quam domi palam haberet de machinis emit); in petitione autem consulatus caupones omnis compilare per turpissimam legationem maluit quam adesse et populo Romano supplicare.

9 Alter vero, di boni! Quo splendore est? Primum nobilitate eadem qua Catilina. Num maiore? Non. Sed virtute. Quam ob rem? Quod Antonius umbram suam metuit, hic ne leges quidem, natus in patris egestate, educatus in sororiis stupris, corroboratus in caede civium, cuius primus ad rem publicam aditus in equitibus Romanis occidendis fuit (nam illis quos meminimus Gallis, qui tum Titiniorum ac Nanneiorum ac Tanusiorum capita demetebant, Sulla unum Catilinam praefecerat); in quibus ille hominem optimum, Q. Caucilium,

se atreva a decir que es necesario que a aquéllos sea de más provecho la nobleza, que a ti la virtud. Pues ¿quién hay que piense que piden el consulado Publio Galba y Lucio Casio, que nacieron en lugar sumo? Ves, por tanto, que hombres de ilustrísimas familias, porque son sin nervios, no te son pares.

8 “Pero Antonio y Catilina son molestos”. Al contrario, por el hombre diligente, industrioso, inocente, disertado, agraciado entre esos que juzgan las cosas, han de ser deseados como competidores: ambos, sicarios desde la niñez; ambos, libidinosos; ambos, carentes. De uno de éstos, vimos los bienes proscritos; y entonces oímos su voz jurando que él no podía contender en Roma, en juicio equitativo, con el hombre griego; sabemos que lo arrojaron del senado por la existimación de los óptimos censores; en la pretura lo tuvimos como competidor, siendo sus amigos Sabidio y Pantera, cuando no tuviera a quienes poner en la lista (ya en esa magistratura compró, de las plataformas de esclavos, a la amiga que en casa tuviera abiertamente); empero, en la petición del consulado, prefirió reunir a todos los taberneros mediante vergonzosísima legación, que presentarse y suplicar al pueblo romano.

9 ¡El otro, en verdad, dioses buenos! ¿De qué esplendor es? Primeramente de la misma nobleza que Catilina. ¿Acaso de mayor? No. “Pero de virtud”. ¿Por qué cosa? Porque Antonio teme su sombra, éste ni siquiera las leyes, nacido en la carencia de padre, educado en los estupro de hermana, corroborado en la matanza de ciudadanos, cuya primera entrada a la cosa pública estuvo en matar équites romanos (pues al frente de aquellos galos que recordamos, que entonces segaban las cabezas de los Titinios y de los Naneios y de los Tanusios, Sula había puesto solo a Catilina); entre los cuales

sororis suae virum, equitem Romanum, nullarum partium, cum semper natura tum etiam aetate iam quietum, suis manibus occidit.

III. 10 Quid ego nunc dicam petere eum tecum consulatum qui hominem carissimum populo Romano, M. Marium, inspectante populo Romano vitibus per totam urbem ceciderit, ad bustum egerit, ibi omni cruciatu lacerarit, vix vivo et spiranti collum gladio sua dextera secuerit, cum sinistra capillum eius a vertice teneret, caput sua manu tulerit, cum inter digitos eius rivi sanguinis fluerent; qui postea cum histrionibus et cum gladiatoribus ita vixit ut alteros libidinis, alteros facinoris adiutores haberet; qui nullum in locum tam sanctum ac tam religiosum accessit in quo non, etiam si in aliis culpa non esset, tamen ex sua nequitia dedecoris suspicionem relinqueret; qui ex curia Curios et Annios, ab atriis Sapalas et Carvilios, ex equestri ordine Pompilios et Vettios sibi amicissimos comparavit; qui tantum habet audaciae, tantum nequitiae, tantum denique in libidine artis et efficacitatis, ut prope in parentum gremiis praetextatos liberos constuprarit? Quid ego nunc tibi de Africa, quid de testium dictis scribam? Nota sunt, et ea tu saepius legito; sed tamen hoc mihi non praetermittendum videtur, quod primum ex eo iudicio tam egens discessit quam quidam iudices eius ante illud iudicium fuerunt, deinde tam invidiosus ut aliud in eum iudicium cottidie flagitetur. Hic se sic habet ut magis contemnam siquid commoverit quam ut timeam etiam si quierit.

aquél mató con sus manos al hombre óptimo Quinto Cecilio, marido de su hermana, équite romano, de ningunos partidos, quieto siempre por naturaleza y también por edad.

III. 10 ¿Qué?, ¿diré yo ahora que contigo pide el consulado aquel quien a hombre queridísimo al pueblo romano, a Marco Mario, mirándolo el pueblo romano, con vides lo azotó por la urbe entera, lo movió hacia su sepulcro, lo laceró allí con todo tormento; a él, que apenas estaba vivo y respiraba, con su diestra le segó el cuello con la espada; teniendo con la siniestra el cabello de él desde la coronilla, con su mano exhibió la cabeza, fluyendo entre sus dedos ríos de sangre; quien, después, con histriones y con gladiadores vivió de modo que tenía ayudadores, unos de su pasión, otros de su delito; quien a ningún lugar tan santo y tan religioso se llegó, en el cual, aun si en otros no hubiera culpa, sin embargo, desde su maldad, no dejaba sospecha de indecoro;¹ quien para sí compró amicísimos, de la curia a los Curios y los Anios, de los atrios a los Sapalas y los Carvilios, del orden ecuestre a los Pompilios y los Vetios; quien tanto tiene de audacia, tanto de maldad, tanto entonces de arte y eficacia en su pasión, que estupró casi en los regazos de los padres a los hijos que todavía vestían la pretexta? ¿Qué?, ¿te escribiré yo ahora acerca de África? ¿Qué?, ¿de los dichos de los testigos? Eso es conocido, y tú habrás de leerlo más a menudo; pero sin embargo me parece que no ha de omitirse que de ese juicio salió, primero, tan carente, cuanto lo fueron algunos jueces de él ante aquel juicio; luego, tan odioso, que cotidianamente se exigía otro juicio contra él. Éste de tal suerte se tiene, que más lo despreciara yo, si algo conmoviera; que lo temiera, aun si descansara.

¹ Probablemente se refiera a las relaciones de Catilina con la vestal Fabia, hermanastra de Terencia, la mujer de Cicerón.

11 Quanto melior tibi fortuna petitionis data est quam nuper homini novo, C. Coelio! Ille cum duobus hominibus ita nobilissimis petebat ut tamen in iis omnia pluris essent quam ipsa nobilitas, summa ingenia, summus pudor, plurima beneficia, summa ratio ac diligentia petendi; ac tamen eorum alterum Coelius, cum multo inferior esset genere, superior nulla re paene, superavit.

12 Qua re tibi, si facies ea quae natura et studia quibus semper usus es largiuntur, quae temporis tui ratio desiderat, quae potes, quae debes, non erit difficile certamen cum iis competitoribus qui nequaquam sunt tam genere insignes quam vitiis nobiles; quis enim reperiri potest tam improbus civis qui velit uno suffragio duas in rem publicam sicas destringere?

IV. 13 Quoniam quae subsidia novitatis haberes et habere posses exposui, nunc de magnitudine petitionis dicendum videtur. Consulatum petis, quo honore nemo est quin te dignum arbitretur, sed multi qui invidiant; petis enim homo ex equestri loco summum locum civitatis, atque ita summum ut forti homini, diserto, innocenti multo idem ille honos plus amplitudinis quam ceteris adferat. Noli putare eos qui sunt eo honore usi non videre, tu cum idem sis adeptus, quid dignitatis habiturus sis. Eos vero qui consularibus familiis nati locum maiorum consecuti non sunt suspicor tibi, nisi si qui admodum te amant, invidere. Etiam novos homines praetorios existimo, nisi qui tuo beneficio vincti sunt, nolle abs te se honore superari.

11 ¡Cuánto mejor te fue dada a ti la fortuna de la petición, que hace poco al hombre nuevo Cayo Celio! Aquél competía con dos hombres en tal forma nobilísimos, que sin embargo en ellos todas las cosas eran de más precio que la nobleza misma: sumos sus ingenios, sumo su pudor, muchísimos sus beneficios, suma su razón y diligencia del pedir; y, sin embargo, a uno de ellos lo superó Celio, aunque con mucho le fuera inferior en estirpe, superior casi en ninguna cosa.

12 Por lo cual, a ti, si haces las cosas que prodigan la naturaleza y las aficiones de que siempre has usado, las que la razón de tu tiempo desea, las que puedes, las que debes, no te será difícil la pelea con aquellos competidores que de ningún modo son tan insignes por estirpe, cuanto nobles por vicios; ¿puede pues ser descubierta algún ciudadano tan ímprobo, que de un solo sufragio quiera sacar dos puñales contra la república?

IV. 13 Ya que expuse los apoyos que de tu condición de nuevo tendrías y podrías tener, ahora parece que hay que decir acerca de la grandeza de tu petición. Pides el consulado, del cual honor nadie hay que no te juzgue digno, pero muchos que te envidian; pides pues tú, hombre de ecuestre lugar, el sumo lugar de la ciudad, y de tal modo sumo, que al hombre fuerte, disertó, no dañoso, aquel mismo honor le trae mucha más distinción que a los demás. No quieras pensar que esos que han usado de ese honor no ven, cuando tú alcanzas lo mismo, qué de dignidad vas a tener. Pero esos que nacidos de familias consulares no han conseguido el lugar de sus mayores, sospecho que te envidian, excepto si algunos te aman del todo. También estimo que hombres nuevos pretorios, si algunos no fueron atados por tu beneficio, no quieren ellos ser superados por ti en honor.

14 Iam in populo quam multi invidi sint, quam multi consuetudine horum annorum ab honoribus novorum alienati, venire tibi in mentem certo scio; esse etiam non nullos tibi iratos ex iis causis quas egisti necesse est. Iam illud tute circumspicito, quod ad Cn. Pompei gloriam augendam tanto studio te dedisti, num quos tibi putes ob eam causam esse non amicos.

15 Quam ob rem cum et summum locum civitatis petas et videas esse studia quae tibi adversentur, adhibeas necesse est omnem rationem et curam et laborem et diligentiam.

V. 16 Et petitio magistratuum divisa est in duarum rationum diligentiam, quarum altera in amicorum studiis, altera in populari voluntate ponenda est. Amicorum studia beneficiis et officiis et vetustate et facilitate ac iucunditate naturae parta esse oportet. Sed hoc nomen amicorum in petitione latius patet quam in cetera vita; quisquis est enim qui ostendat aliquid in te voluntatis, qui colat, qui domum ventitet, is in amicorum numero est habendus. Sed tamen qui sunt amici ex causa iustiore cognationis aut adfinitatis aut sodalitatis aut alicuius necessitudinis, iis carum et iucundum esse maxime prodest.

17 Deinde ut quisque est intimus ac maxime domesticus, ut is amet et quam amplissimum esse te cupiat valde elaborandum est, tum ut tribules, ut vicini, ut clientes, ut

14 Ya sé de cierto que te viene a la mente cuán muchos odiosos hay en el pueblo, cuán muchos distanciados de los honores de los nuevos, por el trato de estos años; es necesario que también haya algunos airados hacia ti por esas causas que actuaste. Ya mira tú mismo aquello: porque te entregaste con tan grande afición a aumentar la gloria de Cneo Pompeyo, acaso piensas que por esa causa algunos te son no amigos.

15 Por lo cual, cuando pidas el sumo lugar de la ciudad y veas que hay aficiones que se te opongan, es necesario que emplees toda razón y cuidado y labor y diligencia.

V. 16 Y la petición de magistraturas está dividida en la diligencia de dos razones, de las cuales una ha de ser puesta en las aficiones de los amigos, otra en la voluntad popular. Es oportuno que las aficiones de los amigos se engendren de los beneficios, y de los deberes, y de la vejez, y de la facilidad y alegría de su naturaleza. Pero este nombre de amigos se abre más latamente en la petición que en la demás vida; pues todo el que sea que ostente algo de voluntad hacia ti, que cultive, que frecuente tu casa, ése ha de ser tenido en el número de tus amigos. Pero, sin embargo máximamente aprovecha ser caro y alegre hacia éstos que son amigos por causa más justa de cognación o de afinidad o de compañerismo² o de alguna necesidad.

17 Luego hay que trabajar para que todos, en la medida en que te sean íntimos y, máxime, los domésticos, éstos te amen, y codicien que tú seas lo más ilustre posible; luego, los tribuales,

² El término latino correspondiente a compañerismo es *sodalitas*, *-atis*, y ha sido objeto de mucha polémica. Su traducción de hecho no es fácil. Incluso se ha llegado a decir que se trata de un anacronismo; pero una cosa es que ciertas instituciones oficialmente fueran abolidas, y otra muy distinta que los vocablos que les dieran vida desaparecieran por ese motivo. Tal palabra puede referirse a asociaciones de fines lucrativos o religiosos, fueran espontáneas o institucionales.

denique liberti, postremo etiam servi tui; nam fere omnis sermo ad forensem famam a domesticis emanat auctoribus.

18 Deinde sunt instituendi cuiusque generis amici: ad speciem, homines illustres honore ac nomine (qui, etiam si suffragandi studia non navant, tamen adferunt petitori aliquid dignitatis); ad ius obtinendum, magistratus (ex quibus maxime consules, deinde tribuni plebis); ad conficiendas centurias, homines excellenti gratia. Qui abs te tribum aut centuriam aut aliquod beneficium aut habeant aut ut habeant sperent, eos prorsus magno opere et compara et confirma; nam per hos annos homines ambitiosi vehementer omni studio atque opera elaborarunt ut possent a tribulibus suis ea quae peterent impetrare; hos tu homines, quibuscumque poteris rationibus, ut ex animo atque ex illa summa voluntate tui studiosi sint elaborato.

19 Quod si satis grati homines essent, haec tibi omnia parata esse debebant, sicuti parata esse confido. Nam hoc biennio quattuor sodalitates hominum ad ambitionem gratiosissimorum tibi obligasti, C. Fundani, Q. Galli, C. Corneli, C. Orchivi; horum in causis ad te deferendis quid tibi eorum sodales receperint et confirmarint scio, nam interfui. Qua re hoc tibi faciendum est, hoc tempore ut ab his quod debent exigas saepe commonendo, rogando, confirmando, curando ut intellegant

los vecinos, los clientes; finalmente los libertos; al último también tus siervos; pues casi toda conversación de autores domésticos³ emana a la fama forense.

18 Luego se han de instituir amigos de cada género: para el aspecto, los hombres ilustres por el honor y por el nombre (los cuales, aun si no sirven a las aficiones del sufragar, sin embargo confieren al peticionario algo de dignidad); para obtener el derecho, los magistrados (de los cuales máxime los cónsules, luego los tribunos de la plebe); para hacer las centurias, los hombres de gracia excelente. Quienes de ti tengan o esperen tener tribu o centuria o algún beneficio, prepáralos y confírmalos otra vez muy bien; pues, por estos años, hombres ambiciosos en toda afición y obra trabajaron vehementemente para poder alcanzar, de sus tribuales, lo que les pidieran; tú trabaja a estos hombres, con cualesquier razones que puedas, para que de ánimo y de aquella suma voluntad sean aficionados a ti.

19 Pero si los hombres fueran suficientemente agradecidos, todo esto debía estar preparado para ti, como confío que está preparado. Pues en este bienio obligaste contigo a cuatro compañías⁴ de hombres graciosísimos: Cayo Fundanio, Quinto Galo, Cayo Cornelio, Cayo Orquivio; al llevar a ti las causas de éstos, sé lo que recibieron y confirmaron para ti sus compañeros, pues estuve presente; por la cual cosa, esto por ti ha de hacerse: que en este tiempo exijas de éstos lo que te deben, a menudo amonestando, rogando, confirmando, cuidando que entiendan que ellos no tendrán nunca ningún otro

³ Al respecto, el hermano dice en el *Bruto*: “mucho importa a quiénes oye cada quien todos los días en casa, con quiénes habla desde niño, cómo hablan los padres, los pedagogos, también las madres” (Cicerón, *Bruto*, 210).

⁴ Véase la nota a compañerismo en el párrafo 16.

nullum se umquam aliud tempus habituros referendae gratiae; profecto homines et spe reliquorum tuorum officiorum etiam recentibus beneficiis ad studium navandum excitabuntur.

20 Et omnino, quoniam eo genere amicitiarum petitio tua maxime munita est quod ex causarum defensionibus adeptus es, fac ut plane iis omnibus quos devinctos tenes discriptum ac dispositum suum cuique munus sit; et quem ad modum nemini illorum molestus nulla in re umquam fuisti, sic cura ut intellegant omnia te quae ab illis tibi deberi putaris ad hoc tempus reservasse.

VI. 21 Sed quoniam tribus rebus homines maxime ad benevolentiam atque haec suffragandi studia ducuntur, beneficio, spe, adiunctione animi ac voluntate, animadvertendum est quem ad modum cuique horum generi sit inserviendum. Minimis beneficiis homines adducuntur ut satis causae putent esse ad studium suffragationis, nedum ii quibus saluti fuisti, quos tu habes plurimos, non intellegant, si hoc tuo tempore tibi non satis fecerint, se probatos nemini umquam fore; quod cum ita sit, tamen rogandi sunt atque etiam in hanc opinionem adducendi ut, qui adhuc nobis obligati fuerint, iis vicissim nos obligari posse videamur.

22 Qui autem spe tenentur, quod genus hominum multo etiam est diligentius atque officiosius, iis fac ut propositum ac paratum auxilium tuum esse videatur, denique ut spectatorem te suorum officiorum esse intellegant diligentem, ut videre te plane atque animadvertere quantum a quoque proficiscatur appareat.

tiempo para darte las gracias; ciertamente, los hombres serán excitados a servir a tu afición, por la esperanza de tus demás oficios y ahora por los beneficios recientes.

20 Y totalmente, ya que tu petición está máximamente protegida por ese género de amistades, lo cual alcanzaste por las defensas de sus causas, haz que a todos esos que tienes atados, llanamente se les describa y disponga, para cada quien, su cargo; y del modo como a ninguno de ellos en ninguna cosa alguna vez fuiste molesto, así cuida que entiendan que tú reservaste para este tiempo todo lo que pensaras que te es debido por ellos.

VI. 21 Pero ya que, por tres cosas, los hombres son máximamente conducidos a la benevolencia y a estas aficiones del sufragar: el beneficio, la esperanza y la simpatía y voluntad, ha de advertirse de qué modo haya que servirse de cada género de éstos. Por mínimos beneficios, los hombres son conducidos a pensar que hay suficiente causa para la afición del sufragio, mucho más a que aquellos para los cuales fuiste su salvación, que tú tienes muchísimos, no entiendan que, si en este tu tiempo no hicieran suficiente para ti, ellos nunca serán aprobados por nadie; aunque lo cual así sea, sin embargo han de ser rogados y también conducidos a esta opinión: que a la vez les parezca que nosotros podemos estar obligados con aquellos que hasta ahora hayan estado obligados con nosotros.

22 Empero, quienes son retenidos por la esperanza, género de hombres que también es mucho más diligente y más oficioso, haz que a éstos les parezca que tu auxilio les ha sido propuesto y preparado, y finalmente que entiendan que tú eres espectador diligente de sus oficios, que aparezca que tú ves claramente y adviertes todo cuanto sale de cada cual.

23 Tertium illud genus est studiorum voluntarium, quod agendis gratiis, accommodandis sermonibus ad eas rationes propter quas quisque studiosus tui esse videbitur, significanda erga illos pari voluntate, adducenda amicitia in spem familiaritatis et consuetudinis confirmari oportebit. Atque in his omnibus generibus iudicato et perpendito quantum quisque possit, ut scias et quem ad modum cuique inservias et quid a quoque exspectes ac postules.

24 Sunt enim quidam homines in suis vicinitatibus et municipiis gratiosi, sunt diligentes et copiosi qui, etiam si antea non studuerunt huic gratiae, tamen ex tempore elaborare eius causa cui debent aut volunt facile possunt; his hominum generibus sic inserviendum est ut ipsi intellegant te videre quid a quoque exspectes, sentire quid accipias, meminisse quid acceperis. Sunt autem alii qui aut nihil possunt aut etiam odio sunt tribulibus suis nec habent tantum animi ac facultatis ut enitantur ex tempore; hos ut internoscas videto, ne spe in aliquo maiore posita praesidi parum comparetur.

VII. 25 Et quamquam partis ac fundatis amicitiiis fretum ac munitum esse oportet, tamen in ipsa petitione amicitiae permultae ac perutiles comparantur; nam in ceteris molestiis habet hoc tamen petitio commodi: potes honeste, quod in cetera vita non queas, quoscumque velis adiungere ad amicitiam, quibuscum si alio tempore agas ut te utantur, absurde facere videare, in petitione autem nisi id agas et cum multis et diligenter, nullus petitor esse videare.

26 Ego autem tibi hoc confirmo, esse neminem, nisi si aliqua necessitudine competitorum alicui tuorum sit adiunctus,

23 El tercer género de aficiones es el voluntario, el cual será oportuno que se confirme dándole gracias, acomodando tus conversaciones a las razones por las cuales cada uno parezca aficionado a ti, significando voluntad par hacia ellos, llevando la amistad a la esperanza de tu familiaridad y trato. Y en todos estos géneros juzga y sopesa cuánto pueda cada uno, para que sepas de qué modo servir a cada uno y qué esperar y exigir de cada uno.

24 Hay pues algunos hombres agraciados en sus vecindades y municipios; son diligentes y opulentos; los cuales, aun si antes no pretendieron esa gracia, sin embargo fácilmente pueden de súbito trabajar por la causa de aquel a quien deben o quieren; a estos géneros de hombres en tal forma los has de servir, que ellos mismos entiendan que tú ves lo que esperas de cada cual, que sientes lo que recibes, que te acuerdas de lo que hayas recibido. Hay, empero, otros que nada pueden, o aun son de odio para sus tribuales, y no tienen tanto de ánimo y de facultad, como para que de súbito se esfuerzen; procura reconocer a éstos, para que no de la mayor esperanza puesta en alguno se adquiera poco apoyo.

VII. 25 Y aunque es oportuno estar confiado y protegido por engendradas y fundadas amistades, sin embargo en la misma petición se adquieren muchísimas y muy útiles amistades; pues entre las demás molestias, sin embargo, la petición tiene esto de cómodo: puedes honestamente —lo cual no podrías en la demás vida— agregar a la amistad a cuantos quieras, con los cuales, si en otro tiempo hicieras que usaran de ti, parecerá que lo haces absurdamente; empero, si en la petición no lo hicieras con muchos y diligentemente, parecerá que no hay ningún petionario.

26 Yo, empero, te confirmo esto: que nadie hay, excepto si por alguna necesidad se hubiera unido a alguno de tus com-

a quo non facile si contenderis impetrare possis ut suo beneficio promereatur se ut ames et sibi ut debeas, modo ut intellegat te magni se aestimare, ex animo agere, bene se ponere, fore ex eo non brevem et suffragatoriam sed firmam et perpetuam amicitiam.

27 Nemo erit, mihi crede, in quo modo aliquid sit, qui hoc tempus sibi oblatum amicitiae tecum constituendae praetermittat, praesertim cum tibi hoc casus adferat, ut ii tecum petant quorum amicitia aut contemnenda aut fugienda sit et qui hoc quod ego te hortor non modo adsequi sed ne incipere quidem possint.

28 Nam qui incipiat Antonius homines adiungere atque invitare ad amicitiam quos per se suo nomine appellare non possit? Mihi quidem nihil stultius videtur quam existimare esse eum studiosum tui quem non noris. Eximiam quandam gloriam et dignitatem ac rerum gestarum magnitudinem esse oportet in eo quem homines ignoti nullis suffragantibus honore adficient; ut quidem homo nequam, iners, sine officio, sine ingenio, cum infamia, nullis amicis, hominem plurimorum studio atque omnium bona existimatione munitum praecurrat, sine magna culpa negligentiae fieri non potest.

VIII. 29 Quam ob rem omnis centurias multis et variis amicitiiis cura ut confirmatas habeas. Et primum, id quod ante oculos est, senatores equitesque Romanos, ceterorum ordinum omnium navos homines et gratiosos complectere. Multi homines urbani industrii, multi libertini in foro gratiosi navique versantur; quos per te, quos per communis amicos poteris, summa cura ut cupidi tui sint elaborato, appetito, adlegato, summo beneficio te adfici ostendito.

petidores, de quien, si contendieras, no fácilmente puedas alcanzar que por su beneficio merezca que lo ames y que le debas, con tal que entienda que tú lo estimas en grande, que actúas desde tu ánimo, que él propone bien, que será por eso su amistad no breve y propia del sufragio, sino firme y perpetua.

27 Nadie habrá, créeme, con tal que en él haya algo, que deje pasar este tiempo que se le ofrece para constituir amistad contigo, especialmente cuando la ocasión te trae esto: que contigo piden aquellos cuya amistad haya de ser o despreciada o huida, y quienes no sólo no pueden conseguir esto que yo te aconsejo, sino ni siquiera comenzarlo.

28 Pues ¿cómo comenzaría Antonio a añadir e invitar a su amistad a hombres a los cuales, por sí, no puede llamar por su nombre? A mí, ciertamente, nada me parece más estulto que estimar que es aficionado a ti ese a quien no conoces. Es oportuno que haya alguna eximia gloria y dignidad y grandeza de hazañas en ese a quien honren hombres desconocidos, sin que haya ningunos sufragantes; ciertamente no puede suceder, sin magna culpa de negligencia, que un hombre inútil, inerte, sin oficio, sin ingenio, con infamia, sin ningunos amigos, aventaje a un hombre protegido por la afición de muchos y por la buena estimación de todos.

VIII. 29 Por la cual cosa, cuida que tengas todas las centurias confirmadas con muchas y varias amistades. Y primeramente, eso que está ante los ojos, abraza a los senadores y a los équitos romanos, a los hombres solícitos y agraciados de todos los demás órdenes. Muchos hombres urbanos, industriosos; muchos libertinos agraciados y solícitos se mueven en el foro; a quienes puedas por ti, a quienes por comunes amigos, trabájalos con sumo cuidado para que sean codiciosos de ti, búscalos, cítalos, muéstrales que te influyen con sumo beneficio.

30 Deinde habeto rationem urbis totius, collegiorum, montium, pagorum, vicinitatum; ex his principes ad amicitiam tuam si adiunxeris, per eos reliquam multitudinem facile tenebis. Postea totam Italiam fac ut in animo ac memoria tributim discriptam comprehensamque habeas, ne quod municipium, coloniam, praefecturam, locum denique Italiae ne quem esse patiare in quo non habeas firmamenti quod satis esse possit, **31** perquiras et investiges homines ex omni regione, eos cognoscas, appetas, confirmes, cures ut in suis vicinitatibus tibi petant et tua causa quasi candidati sint. Volent te amicum, si suam a te amicitiam expeti videbunt; id ut intellegant, oratione ea quae ad eam rationem pertinet habenda consequere. Homines municipales ac rusticani, si nomine nobis noti sunt, in amicitia se esse arbitrantur; si vero etiam praesidi se aliquid sibi constituere putant, non amittunt occasionem promerendi. Hos ceteri et maxime tui competitors ne norunt quidem, tu et nosti et facile cognosces, sine quo amicitia esse non potest.

32 Neque id tamen satis est, tametsi magnum est, si non sequitur spes utilitatis atque amicitiae, ne nomenclator solum sed amicus etiam bonus esse videare. Ita cum et hos ipsos, propter suam ambitionem qui apud tribulis suos plurimum gratia possunt, studiosos in centuriis habebis et ceteros qui apud aliquam partem tribulium propter municipi aut vicinitatis aut collegi rationem valent cupidos tui constitueris, in optima spe esse debebis.

33 Iam equitum centuriae multo facilius mihi diligentia posse teneri videntur: primum cognosci equites oportet (pauci

30 Luego ten la razón de la urbe entera, de los colegios, de los montes, de las aldeas, de las vecindades; si de éstos añadieras los principales a tu amistad, por ellos tendrás fácilmente a la restante multitud. Después haz de modo que a Italia entera la tengas en el ánimo y la memoria, distribuida y comprendida en tribus, que no toleres que ningún municipio, colonia, prefectura y finalmente ningún lugar de Italia exista en el cual no tengas lo que de apoyo pudiera ser suficiente; **31** que inquietes e investigues a los hombres de toda región, los conozcas, los busques, los confirmes, cuides que en sus vecindades pidan para ti y sean como candidatos en tu causa. Te querrán amigo, si ven que tú buscas su amistad; para que entiendan eso, lo que haya de tenerse exprésalo con el discurso que sea pertinente a esa razón. Los hombres municipales y campesinos, si los conocemos por su nombre, juzgan que ellos están en nuestra amistad; pero si piensan que incluso se dispone algo de protección para ellos, no pierden ocasión de merecerla. A éstos, los demás y máxime tus competidores ni siquiera los conocen; tú los conoces y fácilmente los reconocerás, sin lo cual la amistad no puede ser.

32 Y sin embargo esto no es suficiente, aunque es magno, si no sigue la esperanza de la utilidad y de la amistad, de modo que no sólo parezca que eres nomenclador, sino también buen amigo. Así, cuando tengas a estos mismos que a causa de su campaña pueden mucho por su gracia ante sus tribuales, tendrás aficionados en las centurias, y constituirás deseosos de ti a los demás que valen ante alguna parte de los tribuales por razón del municipio o de la vecindad o del colegio; deberás estar en la óptima esperanza.

33 Ya me parece que, con diligencia, las centurias de los équitos pueden ser retenidas más fácilmente: primero es oportuno

enim sunt), deinde appeti (multo enim facilius illa adolescentulorum ad amicitiam aetas adiungitur). Deinde habes tecum ex iuventute optimum quemque et studiosissimum humanitatis; tum autem, quod equester ordo tuus est, sequentur illi auctoritatem ordinis, si abs te adhibebitur ea diligentia ut non ordinis solum voluntate sed etiam singulorum amicitias eas centurias confirmatas habeas. Nam studia adolescentulorum in suffragando, in obeundo, in nuntiando, in adsectando mirifice et magna et honesta sunt.

IX. 34 Et, quoniam adsectationis mentio facta est, id quoque curandum est ut cottidiana cuiusque generis et ordinis et aetatis utare; nam ex ea ipsa copia coniectura fieri poterit quantum sis in ipso campo virium ac facultatis habiturus. Huius autem rei tres partes sunt: una saluatorum cum domum veniunt, altera deductorum, tertia adsectatorum.

35 In saluatoribus, qui magis vulgares sunt et hac consuetudine quae nunc est ad plures veniunt, hoc efficiendum est ut hoc ipsum minimum officium eorum tibi gratissimum esse videatur; qui domum tuam venient, iis significato te animadvertere (eorum amicis qui illis renuntient ostendito, saepe ipsis dicito); sic homines saepe, cum obeunt plures competitores et vident unum esse aliquem qui haec officia maxime animadvertat, ei se dedunt, deserunt ceteros, minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt. Iam illud teneto diligenter, si eum qui tibi promiserit audieris fucum, ut dicitur, facere aut senseris, ut te id audisse aut scire dissimules, si qui tibi se purgare

tuno que los équitos sean reconocidos (pues son pocos), luego se busquen (pues, con mucho, aquella edad de los jovencitos se añade más fácilmente a la amistad). Luego tienes contigo, de la juventud, a cada óptimo y aficionadísimo a lo humano; entonces, empero, porque el orden ecuestre es tuyo, aquéllos seguirán la autoridad del orden, si por ti es empleada tal diligencia, que no sólo por la voluntad del orden, sino también por las amistades de cada uno, tengas confirmadas esas centurias. Pues las aficiones de los jovencitos en el sufragar, en el ir, en el anunciar, en el acompañar, son maravillosamente magnas y honestas.

IX. 34 Y, ya que se hizo mención de él, también ha de cuidarse esto: que uses del acompañamiento cotidiano de cada género y orden y edad; pues de esa misma abundancia podrá hacerse la conjetura de cuánto de fuerzas y de facultad vayas a tener en el campo mismo. Empero, tres son las partes de esta cosa: una, de los saludadores, cuando vienen a casa; la segunda, de los conductores; la tercera, de los acompañadores.

35 Entre los saludadores —que son más vulgares y, por esta costumbre que ahora hay, vienen a más—, ha de hacerse esto: que este mismo mínimo oficio de ellos parezca que te es gratisimo. A quienes vengan a tu casa, signifícales que tú lo adviertes (muéstralo a sus amigos, para que lo cuenten a aquéllos; a menudo dílo a ellos mismos). Así los hombres a menudo, cuando frecuentan a más competidores, y ven que hay uno solo que advierte máximamente esos oficios, se le entregan; abandonan a los demás; insensiblemente se convierten de sufragantes comunes en propios; de fingidos en firmes. Habrás de retener ya diligentemente esto: si oyeras o sintieras que aquel que haya prometido para ti, hace, como se dice, fingimiento, disimula que tú lo oíste o lo sabes; si alguien

volet quod suspectum esse arbitretur, adfirmes te de illius voluntate numquam dubitasse nec debere dubitare; is enim qui se non putat satis facere amicus esse nullo modo potest. Scire autem oportet quo quisque animo sit, ut et quantum cuique confidas constituere possis.

36 Iam deductorum officium quo maius est quam saluatorum, hoc gratius tibi esse significato atque ostendito, et, quod eius fieri poterit, certis temporibus descendito; magnam adfert opinionem, magnam dignitatem cottidiana in deducendo frequentia.

37 Tertia est ex hoc genere adsidua adsectorum copia. In ea quos voluntarios habebis, curato ut intellegant te sibi in perpetuum summo beneficio obligari; qui autem tibi debent, ab iis plane hoc munus exigit, qui per aetatem ac negotium poterunt, ipsi tecum ut adsidui sint, qui ipsi sectari non poterunt, suos necessarios in hoc munere constituent. Valde ego te volo et ad rem pertinere arbitror semper cum multitudine esse.

38 Praeterea magnam adferet laudem et summam dignitatem si ii tecum erunt qui a te defensi et qui per te servati ac iudiciis liberati sunt; haec tu plane ab his postulato ut, quoniam nulla impensa per te alii rem, alii honestatem, alii salutem ac fortunas omnis obtinuerint, nec aliud ullum tempus futurum sit ubi tibi referre gratiam possint, hoc te officio remunerentur.

X. 39 Et quoniam in amicorum studiis haec omnis oratio versatur, qui locus in hoc genere cavendus sit praetermittendum

quiere excusarse ante ti, porque piensa que te es sospechoso, afirma que tú nunca dudaste de su voluntad y que no debes dudar; pues aquel que no piensa que él hace lo bastante, de ningún modo puede ser amigo. Empero, te es oportuno saber de qué ánimo sea cada uno, para que puedas decidir cuánto confías en cada uno.

36 Ya habrás de significar y habrás de mostrar que este oficio de los conductores es más grato para ti, en cuanto es mayor que el de los saludadores, y, en lo que de esto pueda hacerse, habrás de descender al foro en tiempos ciertos. La cotidiana frecuencia en conducir conlleva magna opinión, magna dignidad.

37 La tercera de este género es la abundancia de los acompañadores. En ésta, habrás de cuidar que los voluntarios que tengas entiendan que, por su sumo beneficio, por siempre tú te obligas para con ellos. Empero, a los que te deben, llanamente exígeles este cargo: que los que por su edad y negocio pudieran acompañarte, ellos mismos sean asiduos contigo; quienes no pudieran ellos mismos, que constituyan a sus parientes en este cargo. Yo quiero mucho, y pienso que para la cosa es pertinente, que tú estés siempre con la multitud.

38 Además, te traerá magna alabanza y suma dignidad, si contigo están aquellos que por ti fueron defendidos y a través de ti fueron guardados y liberados de juicios; tú llanamente ruégales estas cosas: que te remuneren con este oficio, ya que sin ninguna expensa a través de ti unos obtuvieron la cosa, otros la honestidad, otros la salud y todos las fortunas, y no habrá algún otro tiempo cuando a ti puedan darte las gracias.

X. 39 Y ya que todo este discurso versa en las aficiones de los amigos, no parece que haya de omitirse el lugar que en

non videtur. Fraudis atque insidiarum et perfidiae plena sunt omnia. Non est huius temporis perpetua illa de hoc genere disputatio, quibus rebus benevolus et simulator diiudicari possit; tantum est huius temporis admonere. Summa tua virtus eosdem homines et simulare tibi se esse amicos et invidere coegit. Quam ob rem **Επιξαρμο** illud teneto, nervos atque artus esse sapientiae non temere credere, **40** et, cum tuorum amicorum studia constitueris, tum etiam obtrectatorum atque adversariorum rationes et genera cognoscito. Haec tria sunt: unum quos laesisti, alterum qui sine causa non amant, tertium qui competitorum valde amici sunt. Quos laesisti, cum contra eos pro amico diceres, iis te plane purgato, necessitudines commemorato, in spem adducito te in eorum rebus, si se in amicitiam contulerint, pari studio atque officio futurum. Qui sine causa non amant, eos aut beneficio aut spe aut significando tuo erga illos studio dato operam ut de illa animi pravitate deducas. Quorum voluntas erit abs te propter competitorum amicitias alienior, iis quoque eadem inservito ratione qua superioribus et, si probare poteris, te in eos ipsos competitores tuos benevolo esse animo ostendito.

XI. 41 Quoniam de amicitiiis constituendis satis dictum est, dicendum est de illa altera parte petitionis quae in populari ratione versatur. Ea desiderat nomenclationem, blanditiam, adsiduitatem, benignitatem, rumorem, speciem, spem in re publica.

42 Primum id quod facis, ut homines noris, significa ut appareat, et auge ut cottidie melius fiat; nihil mihi tam

este género ha de cuidarse. De fraude y de insidias y perfidia están llenas todas las cosas. No es de este tiempo aquella perpetua disputa acerca de este género: por qué cosas podrían discernirse el benévolo y el simulador; solamente el amonestar es de este tiempo. Tu suma virtud obligó a los mismos hombres tanto a simular que ellos te eran amigos como a envidiarte. Por la cual cosa, retén aquello de Epicarmo: que los nervios y las articulaciones de la sabiduría son el creer temerariamente, **40** y, cuando hayas constituido las aficiones de tus amigos, entonces también conoce las razones y los géneros de tus detractores y adversarios. Son estos tres: uno, a quienes has dañado; el segundo, quienes sin causa no te aman; el tercero, quienes son muy amigos de tus competidores. De plano excúsate con aquellos a quienes dañaste, cuando decías contra ellos en favor de un amigo; recuérdales tus necesidades, condúcelos a la esperanza de que tú serás de afición y oficio par en sus cosas, si se conllevaran a la amistad. A los que sin causa no te aman, significándolos o por beneficio o por esperanza o por tu afición a ellos, esfuérgate para que los saques de aquella pravedad de ánimo. También a esos cuya voluntad será más ajena de ti a causa de las amistades de los competidores, sírvelos con la misma razón con que a los anteriores, y, si lo puedes probar, muestra que tú eres de ánimo benévolo para los mismos competidores tuyos.

XI. 41 Ya que se ha dicho suficientemente acerca de establecer amistades, ha de decirse acerca de aquella otra parte de la petición que versa en la razón popular. Ésta desea nomenclación, halago, asiduidad, benignidad, rumor, apariencia, esperanza en la cosa pública.

42 Primeramente, lo que haces —que conoces a los hombres—, signifícalo, para que aparezca, y auméntalo para que

populare neque tam gratum videtur. Deinde id quod natura non habes induc in animum ita simulandum esse ut natura facere videare; nam comitas tibi non deest ea quae bono ac suavi homine digna est, sed opus est magno opere blanditia, quae, etiam si vitiosa est et turpis in cetera vita, tamen in petitione necessaria est; etenim cum deteriore aliquem adsentando facit, tum improba est, cum amicioem, non tam vituperanda, petitori vero necessaria est, cuius et frons et vultus et sermo ad eorum quoscumque convenerit sensum et voluntatem commutandus et accommodandus est.

43 Iam adsiduitatis nullum est praeceptum, verbum ipsum docet quae res sit; prodest quidem vehementer nusquam discedere, sed tamen hic fructus est adsiduitatis, non solum esse Romae atque in foro sed adsidue petere, saepe eosdem appellare, non committere ut quisquam possit dicere, quod eius consequi possis, se abs te non sit rogatum et valde ac diligenter rogatum.

44 Benignitas autem late patet: et est in re familiari, quae quamquam ad multitudinem pervenire non potest, tamen ab amicis si laudatur, multitudini grata est; est in conviviiis, quae fac ut et abs te et ab amicis tuis concelebrentur et passim et tributim; est etiam in opera, quam pervulga et communica, curaque ut aditus ad te diurni nocturnique pateant, neque solum foribus aedium tuarum sed etiam vultu ac fronte, quae est animi ianua; quae si significat voluntatem abditam esse ac retrusam, parvi refert patere ostium. Homines enim non

cotidianamente se haga mejor. Nada me parece tan popular ni tan grato. Luego induce en tu ánimo eso que por naturaleza no tienes: que has de simular de modo que parezca que lo haces por naturaleza; pues a ti no te falta ese comedimiento que es digno del hombre bueno y suave, pero es necesaria en gran medida la lisonja, la cual, aun si es viciosa y torpe en la restante vida, sin embargo en la petición es necesaria; pues cuando hace peor a alguien, halagándolo, entonces es ímproba; cuando más amigo, no es tan vituperable; en verdad, es necesaria al peticionario cuya frente y rostro y habla hayan de cambiarse y acomodarse al sentido y voluntad de aquellos, quienes sean, con quienes se reúna.

43 Ya, de la asiduidad no hay ningún precepto; la palabra misma enseña qué sea; aprovecha sin duda de modo vehementemente no apartarse de ningún lugar, pero, sin embargo, este fruto es de la asiduidad: no sólo estar en Roma y en el foro, sino pedir asiduamente, a menudo llamar a los mismos, no permitir que alguien pueda decir, lo que de esto puedas conseguir: que no le rogaste y que no le rogaste mucho y diligentemente.

44 Empero, la benignidad se abre latamente: está en la cosa familiar, la cual, aunque no puede llegar a la multitud, sin embargo, si es alabada por los amigos, es grata a la multitud; está en los convivios; los cuales, haz que sean celebrados por ti y por tus amigos doquier y por tribus; está también en tu obra; ésta, divúlgala y comunícala, y cuida que hacia ti se abran accesos diurnos y nocturnos, y no solamente por las entradas de tus casas sino también por tu rostro y frente, que es la puerta de tu ánimo; y si ésta significa que tu voluntad fue escondida y embotada, poco importa que el zaguán se abra. Los hombres, pues, quieren no sólo que se les prometa,

modo promitti sibi, praesertim quod a candidato petant, sed etiam large atque honorifice promitti volunt.

45 Qua re hoc quidem facile praeceptum est, ut quod facturum sis id significes te studiose ac libenter esse facturum; illud difficilium et magis ad tempus quam ad naturam accommodatum tuam, quod facere non possis, ut id aut iucunde neges aut etiam non neges; quorum alterum est tamen boni viri, alterum boni petitoris. Nam cum id petitur quod honeste aut sine detrimento nostro promittere non possumus, quo modo si qui roget ut contra amicum aliquem causam recipiamus, belle negandum est, ut ostendas necessitudinem, demonstras quam moleste feras, aliis te id rebus exsarturum esse persuadeas.

XII. 46 Audivi hoc dicere quendam de quibusdam oratoribus, ad quos causam suam detulisset, gratiorem sibi orationem eius fuisse qui negasset quam illius qui recepisset; sic homines fronte et oratione magis quam ipso beneficio reque capiuntur. Verum hoc probabile est, illud alterum subdum tibi homini Platonico suadere, sed tamen tempori tuo consulam. Quibus enim te propter aliquod officium necessitudinis adfuturum negaris, tamen ii possunt abs te placati aeque discedere; quibus autem idcirco negaris, quod te impeditum esse dixeris aut amiciorum hominum negotiis aut gravioribus causis aut ante susceptis, inimici discedunt omnesque hoc animo sunt ut sibi te mentiri malint quam negare.

47 C. Cotta, in ambitione artifex, dicere solebat se operam suam, quod non contra officium rogaretur, polliceri solere

especialmente lo que pidan del candidato, sino también que se les prometa larga y honoríficamente.

45 Por lo cual, por cierto, están estos preceptos, éste fácil: que signifiqués que lo que vas a hacer, tú lo vas a hacer aficionada y gustosamente; aquél más difícil y más acomodado al tiempo que a tu naturaleza: que lo que no puedas hacer o lo niegues alegremente, o también no lo niegues; el primero de los cuales es, sin embargo, de buen varón; el segundo, de buen peticionario. Pues cuando se pide eso que honestamente o sin detrimento nuestro no podemos prometer, del modo como, si alguien nos rogara que tomáramos la causa contra algún amigo, bellamente ha de ser negado, de suerte tal que ostentes necesidad, demuestres cuán molestamente lo llevas, lo persuadas de que con otras cosas tú lo resarcirás.

XII. 46 Oí que alguno decía esto acerca de algunos oradores a los cuales había llevado su causa: que le había sido más grato el discurso de quien se había negado a recibirla, que el de quien la había recibido; así los hombres son capturados más por la frente y el discurso que por el beneficio mismo y la cosa. Pero es probable esto: que aquello segundo, lo algo duro, te persuada a ti hombre platónico; pero, sin embargo, velaré por tu tiempo. Pues aquellos a quienes hayas negado que tú estarías presente a causa de algún oficio de necesidad, sin embargo, éstos pueden marcharse de ti aplacados y equitativos; empero, aquellos a quienes les hayas negado porque les dijeras que tú estabas impedido o por negocios de hombres más amigos o por causas más graves o tomadas antes, se marchan enemigos, y todos son de tal ánimo que prefieren que tú les mientas a que les niegues.

47 Cayo Cota, artífice en campañas electorales, solía decir que él solía prometer su trabajo a todos, en cuanto no le fuera

omnibus, impertire iis apud quos optime poni arbitraretur; ideo se nemini negare, quod saepe accideret causa cur is cui pollicitus esset non uteretur, saepe ut ipse magis esset vacuus quam putasset; neque posse eius domum compleri qui tantum modo reciperet quantum videret se obire posse; casu fieri ut agantur ea quae non putaris, illa quae credideris in manibus esse ut aliqua de causa non agantur; deinde esse extremum ut irascatur is cui mendacium dixeris.

48 Id, si promittas, et incertum est et in diem et in paucioribus; sin autem id neges, et certe abalienes et statim et pluris; plures enim multo sunt qui rogant ut uti liceat opera alterius quam qui utuntur. Qua re satius est ex his aliquos aliquando in foro tibi irasci quam omnis continuo domi, praesertim cum multo magis irascantur iis qui negent quam ei quem videant ea ex causa impeditum ut facere quod promisit cupiat si ullo modo possit.

49 Ac ne videar aberrasse a distributione mea, qui haec in hac populari parte petitionis disputem, hoc sequor, haec omnia non tam ad amicorum studia quam ad popularem famam pertinere: etsi inest aliquid ex illo genere, benigne respondere, studiose inservire negotiis ac periculis amicorum, tamen hoc loco ea dico quibus multitudinem capere possis, ut de nocte domus compleatur, ut multi spe tui praesidi teneantur, ut

rogado contra su deber; que lo compartía con aquellos entre quienes juzgaba que era óptimamente dispuesto; que él a nadie lo negaba, por esto: porque a menudo sucedía la causa de que ese a quien lo había prometido no lo usaba; de modo que a menudo él estaba más desocupado de lo que había pensado; y que no podía llenarse la casa de quien solamente recibía tanto cuanto viera que él podía atender; que por caso ocurría que se moviera lo que no habías pensado; que por alguna causa no se moviera lo que habías creído que estaba en tus manos; luego, que era extremo que se airara ese a quien habías dicho mentira.

48 Si prometieras algo, por una parte, será para día incierto y para muy pocos; por otra, en cambio, si lo negaras, de modo cierto alejarás inmediatamente a muchos; pues, con mucho, son más los que ruegan que les sea lícito usar del trabajo de otro, que quienes lo usan. Por la cual cosa, es mejor que algunos de éstos alguna vez se aíren hacia ti en el foro, que todos de continuo en casa, principalmente cuando con mucho se aíran más hacia quienes niegan, que hacia quien ven que por alguna causa está impedido para codiciar hacer lo que prometió, si de algún modo pudiera.

49 Y para que no parezca que me aparto de mi distribución, yo que disputo esto en esta parte popular de la petición, sigo esto: que todo esto es pertinente no tanto a las aficiones de los amigos cuanto a la fama popular; aunque hay algo de aquel género —responder benignamente, servir con afición a los negocios y a los peligros de los amigos—, sin embargo en este lugar digo eso con lo cual podrías cautivar a la multitud: que de noche tu casa se colme, que muchos sean retenidos por la esperanza de tu protección, que se aparten de ti siendo

amiciores abs te discedant quam accesserint, ut quam plurimorum aures optimo sermone compleantur.

XIII. 50 Sequitur enim ut de rumore dicendum sit, cui maxime serviendum est. Sed quae dicta sunt omni superiore oratione, eadem ad rumorem concelebrandum valent, dicendi laus, studia publicanorum et equestris ordinis, hominum nobilium voluntas, adolescentulorum frequentia, eorum qui abs te defensi sunt adsiduitas, ex municipiis multitudo eorum quos tua causa venisse appareat, bene te ut homines nosse, comiter appellare, adsidue ac diligenter petere, benignum ac liberalem esse loquantur et existiment, domus ut multa nocte compleatur, omnium generum frequentia adsit, satis fiat oratione omnibus, re operaque multis, perficiatur id quod fieri potest labore et arte ac diligentia, non ut ad populum ab his hominibus fama perveniat sed ut in his studiis populus ipse versetur.

51 Iam urbanam illam multitudinem et eorum studia qui contiones tenent adeptus es in Pompeio ornando, Manili causa recipienda, Cornelio defendendo; excitanda nobis sunt quae adhuc habuit nemo quin idem splendidorum hominum voluntates haberet. Efficiendum etiam illud est ut sciant omnes Cn. Pompei summam esse erga te voluntatem et vehementer ad illius rationes te id adsequi quod petis pertinere.

52 Postremo tota petitio cura ut pompae plena sit, ut illustris, ut splendida, ut popularis sit, ut habeat summam speciem ac dignitatem, ut etiam, si qua possit ratione, competitoribus tuis

más amigos de como se acercaron, que las orejas de los más posibles se colmen de tu óptima conversación.

XIII. 50 Sigue pues que haya que decirse acerca del rumor, el cual ha de servir máximamente. Pero lo que se ha dicho en todo el discurso anterior, eso mismo vale para vivificar el rumor; la alabanza de tu decir, las aficiones hacia ti de los publicanos y del orden ecuestre, la voluntad de los hombres nobles, la concurrencia de los jovencitos, la asiduidad de esos que fueron defendidos por ti, la multitud de esos que aparezca que por tu causa vinieron de los municipios, de modo que los hombres hablen bien de ti y estimen que tú los conoces, que los llamas cortésmente, que les pides asidua y diligentemente, que eres benigno y liberal; que tu casa se colme hasta entrada la noche; se presente concurrencia de todas las familias; se satisfaga con tu discurso a todos; y con la cosa y tu obra a muchos; se logre, hasta donde esto pueda hacerse, con trabajo y arte y diligencia, no que tu fama llegue al pueblo desde estos hombres, sino que el pueblo mismo se ocupe en estas aficiones.

51 Ya alcanzaste a aquella urbana multitud y las aficiones de aquellos que retienen las asambleas, al adornar a Pompeyo, al aceptar la causa de Manilio, al defender a Cornelio; ha de ser excitado por nosotros lo que hasta ahora no tuvo nadie que, el mismo, tuviera las voluntades de los hombres espléndidos. También ha de hacerse que todos sepan que la voluntad de Cneo Pompeyo hacia ti es suma, y que, vehementemente, para las razones de aquél, es pertinente que tú consigas lo que pides.

52 Finalmente, cuida que la petición entera sea plena de pompa, que sea ilustre, que espléndida, que popular; que tenga suma apariencia y dignidad; también que, si por alguna

existat aut sceleris aut libidinis aut largitionis accommodata ad eorum mores infamia.

53 Atque etiam in hac petitione maxime videndum est ut spes rei publicae bona de te sit et honesta opinio; nec tamen in petendo res publica capessenda est neque in senatu neque in contione. Sed haec tibi sunt retinenda: ut senatus te existimet ex eo quod ita vixeris defensorem auctoritatis suae fore, equites Romani et viri boni ac locupletes ex vita acta te studiosum otii ac rerum tranquillarum, multitudo ex eo quod dumtaxat oratione in contionibus ac iudicio popularis fuisti te a suis commodis non alienum futurum.

XIV. 54 Haec mihi veniebant in mentem de duabus illis commentationibus matutinis, quod tibi cottidie ad forum descendenti meditandum esse dixeram: ‘Novus sum, consulatum peto’. Tertium restat: ‘Roma est’, civitas ex nationum conventu constituta, in qua multae insidiae, multa fallacia, multa in omni genere vitia versantur, multorum adrogantia, multorum contumacia, multorum malevolentia, multorum superbia, multorum odium ac molestia perferenda est. Video esse magni consilii atque artis in tot hominum cuiusque modi vitiis tantisque versantem vitare offensionem, vitare fabulam, vitare insidias, esse unum hominem accommodatum ad tantam morum ac sermonum ac voluntatum varietatem.

55 Qua re etiam atque etiam perge tenere istam viam quam institisti, excelle dicendo; hoc et tenentur Romae homines et

razón se pudiera, se levante hacia tus competidores su infamia o de crimen o de pasión o de dádivas, acomodada a sus costumbres.

53 Y en esta petición también ha de verse máximamente que por ti la esperanza de la república sea buena, y honesta tu reputación; y, sin embargo, al pedir no has de ocuparte de la república, ni en el senado ni en la asamblea. Pero ha de ser retenido por ti esto: que el senado, porque de tal suerte has vivido, estime que tú serás el defensor de su autoridad; los équitos romanos y los varones buenos y opulentos, por tu vida llevada, que tú serás aficionado al ocio y a las cosas tranquilas; la multitud, porque fuiste popular al menos por tu discurso en las asambleas y en el juicio, que tú no serás ajeno a sus comodidades.

XIV. 54 Esto me venía a la mente acerca de aquellos dos comentarios matutinos, por lo que había dicho que cotidianamente había de ser meditado por ti cuando descendieras al foro: “Soy nuevo, pido el consulado”. Resta lo tercero: “es Roma”, ciudad constituida por la unión de naciones, en la cual se mueven muchas insidias, muchas falacias, muchos vicios en todo género; la arrogancia de muchos, la contumacia de muchos, la malevolencia de muchos, la soberbia de muchos, el odio y la molestia de muchos han de tolerarse. Veo que es de gran consejo y arte que quien se mueva entre los vicios de tantos hombres y de toda suerte, evite la ofensa, evite la hablilla, evite las insidias, sea el único hombre acomodado a tan gran variedad de costumbres y de conversaciones y de voluntades.

55 Por la cual cosa, una y muchas veces continúa reteniendo esta vía en que te colocaste; sobresal en el decir; por éste son retenidos en Roma los hombres y son atraídos y son re-

adliciuntur et ab impediendo ac laedendo repelluntur. Et quoniam in hoc vel maxime est vitiosa civitas, quod largitione interposita virtutis ac dignitatis oblivisci solet, in hoc fac ut te bene noris, id est ut intellegas eum esse te qui iudici ac periculi metum maximum competitoribus adferre possis. Fac ut se abs te custodiri atque observari sciant; cum diligentiam tuam, cum auctoritatem vimque dicendi, tum profecto equestris ordinis erga te studium pertimescent.

56 Atque haec ita te volo illis proponere, non ut videare accusationem iam meditari, sed ut hoc terrore facilius hoc ipsum quod agis consequare. Et plane sic contende omnibus nervis ac facultatibus ut adipiscamur quod petimus. Video nulla esse comitia tam inquinata largitione quibus non gratis aliquae centuriae renuntient suos magno opere necessarios.

57 Qua re si advigilamus pro rei dignitate, et si nostros ad summum studium benevolos excitamus, et si hominibus studiosis nostri gratiosisque suum cuique munus describimus, et si competitoribus iudicium proponimus, sequestribus metum inicimus, divisores ratione aliqua coercemus, perfici potest ut largitio nulla fiat aut nihil valeat.

58 Haec sunt quae putavi non melius scire me quam te sed facilius his tuis occupationibus colligere unum in locum posse et ad te perscripta mittere. Quae tametsi scripta ita sunt ut non ad omnes qui honores petant sed ad te proprie et ad hanc petitionem tuam valeant, tamen tu, si quid mutandum esse videbitur aut omnino tollendum, aut si quid erit praeteritum, velim hoc mihi dicas; volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

pelidos del impedir y del dañar. Y ya que la ciudad es máximamente viciosa en que, interpuestas las dádivas, suelen olvidarse la virtud y la dignidad, logra conocerte bien en esto, esto es, que entiendas que tú eres tal que puedes meter en los competidores el miedo máximo al juicio y al peligro. Haz que sepan que ellos son custodiados y observados por ti; temerán mucho no sólo tu diligencia, sino la autoridad y fuerza de tu decir, así como sin duda la afición del orden ecuestre hacia ti.

56 Y quiero que tú propongas a aquéllos estas cosas, no que de tal suerte parezca que ya meditas acusación, sino que por este terror consigas más fácilmente lo mismo que mueves. Y llanamente así contiende con todos los nervios y facultades para que alcancemos lo que pedimos. Veo que ningunos comicios han sido tan manchados por las dádivas, como para que en ellos algunas centurias no anunciaran de gratis a sus muy íntimos.

57 Por lo cual, si velamos por la dignidad de la cosa, y si excitamos a nuestros benévolos a la suma afición, y si para los hombres aficionados a nosotros y agraciados asignamos su cargo a cada cual, y si para los competidores proponemos juicio, a los mediadores metemos miedo, refrenamos con alguna razón a los distribuidores, puede lograrse que no se hagan ningunas dádivas o que no valgan nada.

58 Estas cosas son las que no pensé que yo sabía mejor que tú, pero que por estas ocupaciones tuyas podía más fácilmente reunir las en un solo lugar y enviártelas escritas; las cuales, si bien fueron escritas de suerte que no valen para todos los que pidan honores sino para ti propiamente y para esta petición tuya, sin embargo tú, si te parece que algo ha de cambiarse o absolutamente quitarse, o si algo debiera omitirse, querría que me lo dijeras; pues quiero que este comentarillo de la petición se considere acabado en cada razón.